A

1605

XXII.

Ms 826 + 96
332 A.

COLLECTANEORVM VOLVMEN VII.

INDEX ORDINATORUM,

per

M. Isaacum Abrahamidem Hochotium,
Nicolaum Fidicinis,
Andream Diossy,
Basilium Fabri, Praepositos Bay-
motzienses, nec. non
Nicolaum Martini, P. Cseythen.
Danielem Dubravium, P. Szenicien.
M. Martinum Tarnotzium, P. Privi-
dien. et Divek-Ujfalussien.
Inclytorum Comitatuum, Posoni-
ensis, Nitriensis et Barsien-
sis Superintendentes, ordi-
nibus Sacris initiatorum,

ab

Anno 1610. ad an. 1670.

quem

ex originali, Schemnitzio ab Audisso
Dño Martino Hamaliar obtento,
rescribere coepit 1798. d. 12. Martii,
Martinus Lautsek, Szakolt. V. D. M.

In membrana libri anteriori, extus, haec, tersa manu Rev. Isaaci Abrahamidis, scripta, leguntur:

MATRICULA ORDINATORUM Baijmorii per me Isaacum Abrahamidem a Hrochoth et cet. Superattendens Cottnum Pos. Nittriens. et Barsien. et cet.

Num. VIII.



In eadem pergamena anteriori, ab intus, sequentia scripta habentur, manu M. Martini Tarnoczy.

Anno 1663.

Turcae cum Tartarorum chano, partes Hungariae inferiores devastarunt, et aliquot millia hominum in captivitatem abduxerunt.

Anno 1664. et 1665. Duo cometae apparuerunt, unus sub finem anni 1664. alter sub initium anni 1665.

Anno 1666. magna siccitas fuit, quae vernales fruges, maiori ex parte sustulit.

Filia nata Dea liberta aqua mula.

Ordo Superattendentium.

Isaacus Abrahamidae Hrochotius, vixit an. 11.
Nicolaus Fidicinis – – vixit annis 3.
Andreas Diosi 3. Maii an. 1626. electus in Superintendentem, placide in Chro obdormivit 6. April. An. 1627. nocturno tempore, inter 10. et 9. horam.
Basilius Fabri An. 1628. Dnica Vocem iucunditatis seu Rogationum, electus et confirmatus Superatt. Pie ac placide in Servatore suo unico Iesu Chro obdormivit 8. Novembr. inter 2. et 3. horam antelucanam An. 1630.
Nicolaus Martini electus et confirmatus A. 1631. 2. April. denatus An. 1640.
Daniel Dubravius, electus An. 1641. 3. Iunii, confirmatus 9. Iulii: denatus An. 1655. d. 7. Febr. intra primam et 2dam noctis horam.
M. Martin. Tarnoczi electus et confirmatus in Superintendentem Anno 1656. d. 29. Martii, ordinavit V. D. Ministros usque annum 1670. ut in fine libri adparet, adeoque ad tempora decennalis Persecutionis.
Optima mixta malis, pessima mixta bonis. Romae Omnia cum liceant, non licet esse pium. Cluv.
Filia nata Dea liberta aequa mula.

Nos Superintendens Pastor Seemanorum
Ecclae Dei, in Libera Regia atq. Montana
Civitate Schemnitziensi, et caetera Minis-
terii Ecclae Evangelicae membra; Salutem
dicimus omnibus lectoris hasce literas etc.

NOS, SUPERATTENDENS,
SENIOR, ET DECANI CON=
tubernii Augustanae Confessionis
Ministrorum in Districtu Dajmo„ Cheitens.
ciensi; Salutem dicimus Omni„
bus lecturis hasce literas.

Non alia vox in coelo et in terra unquam
ardentior audita est, quam precatio Filii
Dei in agone, in qua petit colligi et servari
Ecclesiam, et sic regi, ut unum sit in Deo. Idem
inde usq. ab initio generis humani, omnibus tem„
poribus, donec universa Ecclesia ex morte resusci„
tabitur, petit. Propter hanc Filii precationem
cum colligat Deus Ecclesiam inter nos quoq.
gratias agimus et aeterno Patri, et Filio eius
Dño nr̃o Jesu Chr̃o, et Spiritui Sancto, et
gemitus nostros ad summi Sacerdotis no=
stri Domini Jesu Christi, precationem ad=
iungimus, et petimus, ut semper inter nos
quoque colligatur aeterna Ecclesia. Quod
cum fiat voce Evangelii et non aliter, sicut
scriptum est: Evangelium est potentia Dei ad
Salutem omni credenti: vult Deus eligi
idoneos ad docendum Evangelium. Te„
stamur

stamur igitur hunc horum et eruditum vi-
rum N. N. N. legitimum vocatum esse ad Mi-
sterium Ecclesiasticum in pagum N. Cum autem
a nobis petitum sit, vt explorata eius eruditio,
ne addamus publicam vitam solicitudini,
diligenter eam curauimus, et comperimus, e-
um recte tenere Summam doctrinae Christianae, et
pie et constanter amplecti puritatem Euangelij quam
in Ecclia nra, una cum vno et vero Spiritu, cum Catholi-
ca Ecclia Christi profitemur, ac a fanaticis opinio-
nes damnatis iudicio catholicae Ecclesiae Christi
detestetur. Promisit etiam hic N. N. in doctri-
na constantiam, et in suis fidem et diligentiam. Quare
ei iuxta datum sibi a Deo, publico et pio ritu eccle-
siam et Ministerium docendi vestri, et administ-
randi Sacramenta iuxta verbi Dei, qui est Regula certa Fidei, vere sit
efficax vox Ministerii, et faciat, vt Ministerium sit
salutare, sicut scriptum est: Sedet ad dextram Patris
dona dans hominibus, Prophetas, Apostolos, Euangelistas, Pastores
et Doctores: et simul Deus inquit: Ego sum vobis
vos seruabimus, sine me nihil potestis facere: oramus
eum, vt et adsit huius iam ordinati Ministerio, et fa-
ciat, vt sit salutare. Ipsum etiam N. N. et Eccle-
siam ipsius hortamur, vt doctrinae puritatem
retineant. Vbi enim incorrupta Euangelii vox
sonat, ibi vere est Ecclesia Dei vere ibi dat Deus

aeternam iustitiam

aeternam iustitiam et vitam, vere exaudit et
gubernat inuocantes ipsum, mitigat etiam
aerumnas huius vitae, et in ira recordatur
misericordiae suae. Quare inquit: Si manse-
tis in me, et verba mea in vobis manserint,
quicquid volueritis petetis, et fiet vobis. Hortа-
mur etiam eos, vt sint memores praecepti divi-
ni, de coniunctione et concordia cum aliis Eccle-
siis recte sentientibus recenda; sunt scriptum est:
Deus est dilectio, et qui manet in dilectione, in
Deo manet, et Deus in illo. Datae Daymonii, die
m Aug. 1612. d. 7. Septembr.

1. Timot. iiij.

Attende lectioni, adhortationi, et doctrinae.
Ne negligas donum, quod in te est, quod
datum est tibi per Prophetiam, cum impo-
sitione manuum coetus senior.

Ego Andreas Kehijer Haijen. legitimo natus
thoro Parentum inhabitantium Pagum Haij, in-
tra ambitum Comitatus Thuroeiensis positum,
Patre videlicet Johanne Kehijer, Matre vero
Charitate Kmet: Posteaquam annos pueritiae
attigissem, cura parentum traditus sum, erudien-
dus honestis studiis et moribus, Rndo Dno Georgio
Homolovino, Rectori Scholae Haij, quo duce assecu-
tus sum notitiam litterarum. Post quadriennium
usus sum disciplina Rndi et doctissimi viri
Dni Alexandri Szczowini, quondam Modera-
toris Scholae Galgoczjensis, anni unius spatio. Tum
alios silentio involvo 14. annum vitae ingressus,
subieci me ferulae Rndi Dni Matthaei Zarko-
czy Rectoris Scholae Trenchiniensis, ubi comoctis
molestiis annorum trium cum trimestri, quia dis-
cessit ipse, discessi et recepi me ad Clarissimum
Dnum Magistrum Casparem Cholium, docentem
in Schola Banowiczensi. Eo rursum discedente,
redii Trenchinium sub ferulam Hum. Dni
Nicolai Kalinka. Duobus annis cedentibus,
adscriptus sum Albo discentium Sanctae memo-
riae Hum. et Doctissimi Domini Pauli Mali Re-
ctoris Scholae Galgoczjensis, cuius disciplina, mors
invida, unico tantum anno uti passa est. Huius post
obitum, ibidem docente Humanissimo Dno Nicolao Fidi-
cinis Baijmoczjensi, biennio venatus sum stu-
dia honesta. In limine 24. anni aetatis meae
positus,

positus, Reip. Veteris Galgocz jurisdictionis et re-
cessitate pertractus, accepto emis Notarii privilegii
spatio trium annorum. Hinc error Scholae Kosem-
bergensis in collegium, biennioque cum trimestri
absoluto, legitime a Rmo Dño Johanne Fabri-
cio, conservatore Galgocziensi; totaque Republica
errore in Diocesim. Vocationi honestae et legi-
timae morem gerens, per impositionem manuum
Rmi et Doctissimi Viri Dñi Isaaci Abrahami Ar-
chidiaconi Superintendentis, Dñi Jacobi Spiegleri Se-
nioris Confraternitatis Daimoczensis, Dñi Alexan-
dri Szczovini Decani et Notarii, Dñi Mi-
chaelis Petri Decani, Dñi Valentini Czeglej et
Dñi Georgii Dubinensis, in Ecclesia Daimo-
czinsi, ordinatus sum in Ministerium Ecclae,
die 14. Novembr. Anni 1610.

Actorum Deus, qui me elegit et in altis
materia in Ministerium Ecclae conseravit, faciat
me vas et organum salutare Ecclesiae suae.
Dños vires Rectos et clariss. cum aliis quoque
Doctoribus orthodoxis, immo universo gregi
fidelium precare, ab omnibus insultibus ini-
micorum visibilium et invisibilium.

Rem ita se habere, hac syngrapha
mea typis.

Idem, qui supra.

Ego Laurentius Sartorius Civis Daimocziensis,
typis hac syngrapha, Patre Valentino Sarto-
re, Matre Anna Hradsky, legitime progen-
tus, in puericia mea per eosdem, ad pedes
Rmi ac docti viri Dñi Matthiae Hanizdi,
tum Rectoris Daimocz., eruditi, et in elemen-
tis informati, traditus fui, et per eundem
diligenter in litteris et moribus, per quadri-
ennium informatus, cui Daimoczii schola
valedixit, successit Praeceptor Rmus Dñus
Johannes Matthaei, per cuius disciplinam per
biennium fui commoratus. Hinc Decza-
num, quod est in Siepusio, profectus, Humanissimi
Dñi Abrahami Clarcinii Dziwotzensis dis-
ciplinae per sexennium fui usus: inde Vacalii
ad arcem Siepusiensem, sub Humanissimo
Dño Jacobo Schwarz, per annum cum semestri,
in studio litterarum fui relatus, quo electo in
patriam redii; et accepidine germanici sermonis
captus, Teutonicorum patriis, ibiq. industria Hum.
Dñi Engelberti Schifferi, cum litteris Typo-
graphiae sermonis germanici fui assentus, atq.
annis duob. cum trimestri ibi continuatis,
privilegio valedixi. Studiorum additamentum,
disciplinae Humanissimi et docti viri Dñi Matthiae
Jacobi Demjani, pia recordationis me commisi,
unde post biennium Zolnam ad Virginem, hinc
ad Humanissimum

ad Humanissimum Dñum Seraphinum Wilhelm
etiam piae recordationis contuli, ubi mense exi-
tus per Rectum Dñum Matthiam Stranicza
praefatum, in regimen Scholae Sambokrecken-
sem vocatus, ubi triennio exacto, legitime a
Gross Dño Thoma Sambokrecky et subditis
ejus electo, ad S. Ministerium in Zatan Wit-
kowiensem: Vocationi legitimae et honestae no-
strae gerens, per impositionem manuum Re-
dissimi et Doctissimi Viri Dñi Isaaci Hrabe
Superattendentis, Dñi Jacobi Spiegelen Seni-
orii Consistorii Daijmoriensis. Dñi Alexandri Sza-
czovii Decani et Notarii, Dñi Nikaëtii Pe-
thi Decani, Dñi Valentini Czechii, et Dñi Ge-
orgii Dadinensis, in Ecclesia Daijmoriensi ordi-
natus sum in Ministerium Evangelii, 10. Calend. Fe-
bruarii Anno Dñi 1611.

Deus, qui bonum in me pro gratiam suam
est operatus, confirmet idem in bonum et glo-
riam nominis sui, tandem quoq. in salutem
meam: Reverendissimum item et Clarissimum
Dñum Superattendentem, cum Reverendis et Clarissi-
mis Dñis Collegis suis faciat, bonum certamen fi-
nire, feliciter cursum consummare, feliciss:
magna tandem in coelesti patria triumphare.
Amen.

Jh. gni Supra.

Ego Johannes Pica

Ego Johannes Pica Senicen. ingenue fateor,
me honestis parentibus, procreatum esse
in eadem Senicz, Patre Martino Straka
Moravo, Matre autem Margareta de
Zlin: per eos ad informationem li-
terarum traditus sum Clarissimo Vi-
ro Dño Johanni Balthasaridi Lipto-
viensi, sub cujus severa merito ar-
mos consumsi: Post ab eodem remissus sum
Trencziniensem, ad Clarissos Viros Dñum
Zachariam Sommerum et Dñum Eli-
am Bergerum, sub quorum severa manu plus
minio. Tempore autem Lipsiensis praefati Viri
Dñi Eliae, cum eodem Dñum Hungarorum
veni, et integre tres annos mansi: Exacto
pario tempore, per Rectum Dñum Johannem
Petkowium Civitatem, Ecclesiasten Holicznen-
sem, ad regimen Scholae evocatus sum: Ubi quinquen-
nio exacto, legitime in Civitatem Hodolicz-
censem vocatus sum a Domino Illyeshazio, ad eandem Ec-
clesiam veni. Post tres ex eadem ad Sacro-
sanctum Ministerium, in Ecclesiam Dzurzicensem
in Moravia Superiori evocor. Vocationi legitimae
morem gerens, per impositionem manuum Reve-
rendi et Doctissimi Viri Dñi Isaaci Hrabe Superattend.
Daijmoriensis et ipsius Collegarum et Decanum Vene-
rabilium Consistorii ordinis Ecclesiae sum inauguratus. Ie-
sus clarissimus

Ex Senio Apostata, laudatur Dominus Deus omnipotens, qui Patris Superiorum Reverendi. Martini Jarnotzii.

ses christus filius aeterni Patris, qui me ex mea
stricordia sua in verbi divini Propalatorem
Ecclesiae suae delegit, faciat et confirmet me, ut
sim Organum salutare Ecclesiae suae. Quo vero
doctos et clarissimos viros, cum universo grege
fidelium, ad omnibus impiis Satanae fraudi
dignetur. Actum 27. Martii, Anno M. D. XL.

Idem qui supra.

4. Ego Michaël Schirer, natione Pannonius, pa-
tria Dysnensis Anno Dñi 1584. Dysnae Ecclesiae
vna ex Montanis inferioribus Pannoniae gen-
toribus et Parentibus doctissimis, Patre Avito
et Clarino viro Dño Alberto Schirer Membr.
quae Saxone Ecclesiae Germaniae Neosolien.
Propastore, Matre vero Regina, Michaëlis
Gilgij Cancivis Dysnensis filia procreatus,
Lig patrimi, seu in novis studiis, honeste
educatus, primum rei litterariae elementa
ibidem addidici; vbus Praeceptore inde-
stico viro Dño Christophoro Foelckelio,
Comaccinum primo omnium exiisses,
annum vnum litteris incubui, sub scuta
viri doctissimi Dñi Balthasaris Marci. Isde

Cremnicium

Cremnicium deductus, annum quoq. vnum
navando operam litteris consumsi. Ex Scholis
patriis, parente optimo fi. volente, Scholas et Regi-
nes exteras invisere coactus sum. Mezericii per
annum sub ferula Clarissimi viri Dñi M. Iohannis Crosini,
quadriennium, Iglaviae secundum sub M. Caspare
Pelagio quadriennium integrum consumsi. Inde
revocatus in patriam Gabrielis Praeceptore Dest. viro
Dño Paulo Stolio p. m. vsus sum, fi. faciente
Genitore charissimo. Tandem vbi ad finem ad-
dolescentiae me pervenisse sentiret parens opti-
mus, non sine magnis sumptibus, laborumque
meorum eruditionis gratia, in Academiam Le-
mesam me abiegavit, vbi nomen meum, pro
more Academico, apud virum Excellentissimum
Dñum Virgilium Pingitzer I. V. D. et Rectorem
Academiae Magnum professus, annum vnum
exegi. Deficientibus sumptibus, quos et loci et
studiorum ratio exigebat maximos, annum vnum
domum redii; Deoque ac primis, et iis, qui Reip.
Novosolien. tum temporis clarum gerebant, ibi
meritis, officio Collegae in tertia classe fre-
qi coactus sum. exacto semestri et mensibus
aliquot, praestantioris patriam habens no-
minem charissimus meus Genitor, animi
altius magis excrescendi, et coepterum studi-
rum cum

rum cum facultate amplissime continuandorum ge
rio ad Illustrem quoq; Academiam Wittebergen.
sium sub receptis professionem, obtinuit. Quo
cum per Dei gratiam, salvus et incolumis, Dr:
tore et Comite Clar. et Excellen. viro, Matheo
tio Doctore Melchiore Jöstelio Math. Professore
Publ. appetorem, de more solito Acad. in Alter
Studiosorum ejusdem sum, Rectore tum temporis
Magnificō Principe Illustriss. ac Dō Dō
Augusto, Duce Saxoniæ et Elect. Pro. Rectore
vero Magco viro Dō Daniele Sennerto
Med. Doct. et Pr. P. Præceptoribus inter et
præter ceteros vtens fidelissimis, Rudi
ssis et Excellentis Dnis D. Georgio Mylio
(ὁ ἐν τοῖς ἄγροις) Leonharto Hutthero, Wolf
gango Franzio, Friderico Balduino. Ex
Academia per parentem optimum recessi,
aliquandiu per intra privatos parietes ex
vens, publico munere Scholastico me semp vi
luit Deus Perene Germaniæ primum, de
inde etiam in Gallia Dominica, vbi vtriusq;
Juventutem Scholasticam, honestis moribus,
liberalibus artibus, ingenuis vero pietate
exco Deum et homines erudiendo, illic
quidem annos tres, hic vero annum v:
num consumsi.

num consumsi. Eamque Principe Pastorem
Christo sic clementer annuente, per media
ordinaria, ex privato Scholastico, ad Sacrosanc
tissimum Ministerium Ecclesiæ, a coetu Ger:
manico militante Reip. Thuringicæ legitime vo
catus, dilexi q. vocationem agnoscerem,
vbi utraque ei mentem gerens, singulari
rum sacrarum ordinem gratia, illico mecum
mihi Baiuvoricum, vbi etiam vita splida et
Ecclesia, per nannum impositionem et pias pre
ces, per Rud. admodum et Clariss. Virum Dn.
Isaacum Abrahamidem Superintendentem
Eglium, Dnum Jacobum Spiegelium Vrandi
Comberxii Senioren, Dnum Albertum Schwe
Gravium longe Gravissimum, Dnum Mich.
elem Petri, Dn. Valentinum Czechium, Comi
berii illius Seniores Spectatissimos, Dn. Ca
lixtinum Landmannum, Dn. Georgium Berg,
Dn. Georgium Badium, in Templo Stecyi,
in Ministrum Ecclesiæ suum ordinatus, die 21.
Augusti, Anno Christi vulgaris 1611.

Æterni Patris æternus filius per SS.
æternum bonum opus, quod in me operatus
est, confirmare dementer dignetur, vt
militando bonam militiam, retinentem fi:
dem et bonam conscientiam, et tandem ex
hac militante, cum omnibus electis et fi:
delibus

delibus Christi Domini Salvatoris, in coelestem illam triumphantem Ecclesiam colligi et transferri queam. Amen.

J. qui S.

5. Ego Athanasius Tindelius natione Pomeranus, patria Cremnicien. vestre me honesto et moderato tuo praeceptori, Patre meritum Deo Petro Tindelio, Regiae Majti Camerae Cremnicensis Officiali Montariae strenue praefecto, Maria Regina, Eg regii Dei Johannis Nantaleri filia. Hi pii parentes, perspecto ingenio meo, ad studia nondum apto, studiis me dicarunt totum. In patria puerilibus annos, sub ferula clarissimi viri Dei M. Nicolai Geppii, Doctris Salomonis Weimanni: Joannis Sturmii et Casparis Lopetini, consumpsi. Hinc ubi me ex ephebis egressum parentes honorandi, perspectum habuissent, ulteriorib ingenii exercitationis gratia, Wratislaviam transmiserunt, ubi per biennium clariss. praeceptoribus usus, maxime clariss. D. M. Joanne ab Hirtenbergen et Davide Reusio. Hinc Jacobo Dei Parentis alterumque Deorum Patrocinium, ignavum profectus, ubi non minus, quam alibi, non tam diligentes, quam fidelissimos et doctissimos Dei

christianos Dei gratia nactus praeceptores, fidelissimi Clariss. Dni Magistros, D. Joannem Georgium Fickerum, et Dn. Paulum Eusterbiccium. Porro ubi me principia Philosophica et fundamenta praedictis quodammodo assecutum fuisse, fidelissimi praeceptores animadverterunt, eorum consilio et auxilio Witebergam appuli, ubi propter peregrinam sanguinis, vix per lumen, gnoscendum, sub Praeceptoribus Excellentissimis, quos nominare haud opus est vir, Cancellario, Philippo Melanchthone, Georgio Majori, me stipendio Serenissimi patrii promotum ivi. Hinc spe frustratus, quotidianam praestandi sinarum Promotorum Promotione, ad famosam Scholasticam Trutpergensem promovebar. Ibi vigint tantum septimanas exegi: defignatis siquidem Dnis Rectore, cujus Substitutus eram, Vitebergam redieram. Exinde per aliquod temporis intervallum, intra parietes seu privatim in patria vivens, privata mea subeam, praelegui Logicam Reachiam in Schola patria, Rectore tum temporis destituta, exercitia. Hinc Deo volente, pro nuda denarii, cognitione ad Sacrosanctum Ministerium Ecclesiasticum Christianam vocatus, vocationem vix cognoscentem legitimam, libro citoque ejusdem rerum gerere, ut debui, ita volui. Subscripsi autorem fidelium sacrorum Divum gra

tianam gratiam, sanctorum rite contubernium, Vi-
ctoriam vitae status et status, per manuum impo-
sitionem et preces Rndi atq. Clar. Viri Dni
Isaaci Abrahamidis Superattendentis Ephori
Dni Jacobi Spiegelii Venerabilis Contubernii Se-
nioris, Dni Michaëlis Petri, Dni Valentini Land-
manni et Georgii Dadirri, in Templo publice in
Ministerium Ecclesiae, sum ordinatus, obiit 2. Octobr.
Ann. 1611.

Patris aeterni aeternus filius per S. S. ac
tuum, bonum opus, quod in me operatus est,
confirmare clementer dignetur, praecipuam
doctrinae vig. ad finem vitae mihi concedat,
victutes Pastorem publicum decentes, ex me
non aliter, ac ego Termino, catervatim possi-
re faciat, vt in hac tremula mundi senectu,
militem bonam militiam, tandemque ve-
tae aeternae immarcessibilem coronam re-
portem, laetissimeque Christi vocem au-
dire queam: Euge serve bone et fidelis, fre-
per pauca fuisti fidelis, et cet. intra in
gaudium Domini tui, Amen.

J. q. s.

Ego Daniel Chitraei Teuto

Ego Daniel Chitraeus Teutlipheus: ea qua 6.
magna soleo, intentione fateor, me legitimo
et candenti toro progenitum, patre viro prud.
ac docto Sp. Gregorio Sexatoris Cive Teutlipht.
matre Dorothea ibidem procreata, filia pan-
rifitis. Ita omnimode in id omnem studium
navabre operam, vt non tantum haec re
ptorum generatio fructum habeat in hac luce
rorum, at augmentum suspiciat per Inpotera-
tores et praelides actatis ab eo. Primum
traditas disciplinas vitae, per vitam pace-
tem Joannis Matthaei Scholarchae dignis-
mus dexterio, vitae integrae longaeve pos-
to. Postmodum ad pedes, vt ait Scriptura
Sacra, Gamalielis, Georgii Sexatoris patrui
mei candidissimi, Ministri Ecclesiae Christi
apud Victorienses: cuius commendatio-
ne productus fueram ad praeses Dni
Matthiae Lochmanni, pro tempore Scholi-
archae Zofingensis industrii. Hic termino
aliquo studiorum fundamentalium finito,
ad Emericum Joannicium Thurgoviensem,
vbi susceptis aliquibus stipendiis pietatis,
morum et doctrinae appuli Turicinum
ad Hieronymi. Dnum

ad Humaniſſimum Dnum. Nicolaum Kathedalorco ex triennio exacto, et ibidem beneficio Paedagogico apud Generoſum Dnum Nicolaum Bogady ſuſcepto, Neopolium inferius legitime vocatus et examinatus, vocatior officio Rectoris perfunctorius, appuli, et primum fratrem maioris et minoris conditionis, ea qua fieri potuit dexteritate, non edoctus, ſed docti. Inde divina annuente gratia, medianibus perſonis authenticis, ad manus Eccleſiaſticum, per clariſſ. et admod. Rndum Dnum Alexandrum Szczorsinum, Praepoſitum Eccleſiae Wyſlicienſis, et Patronos Nobiles, circumſpectos et Nobilis loci ejuſdem vocatus, mecum adiunxi voluntatem, et poſt hanc animi perquiſitionem intercalatam. Haec vocatio mediata, quia audiri vocibus ſtrepitantibus non potuit, acceſſit pia mentis meditatio, oratio, et manuum impoſitio clariſſimi et adm. Rndi Dni Iſaaci Abrahamidis Superattendentis noſtri cumprimis Ut honorandi, ita colendi, Item Rndi. Dni Simonis Jacobi Spiegelers, Decani Miſkaëlis Petri, Adjuncti Valentini Leithmanni et Georgii Dadini. Horum poſt Deum animi candida intentione,

da intentione, ordinatus ſum indignus Paſtor et Miniſter Eccleſiae Dei, Daymoni, publice in Eccleſia d. 2. Octobr. Anni 1681.

Quod auſpitium ut utrique parenti, docenti et discendae felix et ſalutare ſit, integra mentis et animi jocunditudine opto. Valete mei genitores, cum filio nato, et S. S. nei genitores, nec nanus, at ad utroque procedens, adſint ſua gratia, Amen.

Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, qui eras, et qui venturus es, quia ceciſti nos in ministerium tuum et regnaſti ſuper nos. Apoc. 2, V. 17. vobis paululum manebis.

J. J. S.

Ego Marcus Glosius Stadnicenſis, legitimo loco parentum, Patre videlicet Andrea Glosio, Matre vero Suſanna Hajenſi procreatus, poſtquam nonum aetatis meae annum diligenti cura et ſedulitate praeceptorum parentis, Scholis et Scholarum Rectoribus, imprimis vero Rndo Dno pie memoriae Georgio Stenzlo, vivo erudi- 7.
endus, commendatus ſum. Finem apud ipſum exacto, ex omni civium

ad Salomonem

ad Salomonem Weinmannum discendi gra-
tiarum seriem gratia, suasu et hortu
parentum me contuli. Hinc evoluto bien-
nio, ob uberiorem mercaturæ studiorum, Lip-
siam Alemannorum ad Simonem quendam
Basilii appuli. Vide amico cum discidio
transacto, ob præceptorem Hegelinum et
negotiorum eorum minus tute Sonam, ad
Dñum Secceptorium Wilhelm, iam ex hac vale,
te lustrationem in oedipum patriam ver-
sorum, Veni. Hic longa post, ob discessum cius
Soluæ materum, Expectissimum ad clarissim
recto ac Doctissimum Virum Dñum Melchio-
rem Rotaczium, remis velisque, ut aiunt,
properavi, Virique plus quinquennio, stu-
diis sedulo ac diligen ex vigilando, insecum-
si, partim Scholæ hereditarium manere
vitam et studia mea fusturæ, partim
alios, utpote cautura Templi Slavonici, Pæ-
dagogia Generosi Dñi Balthasaris Stoviäth,
gaudendo. Tandem a Gratia Dñi Dorothea
Dorzy, et Auditoribus Ecclæ Hermannstad,
mediate et legitime, in præceptum Ecclæ Her-
mañ evocatus, divinæ et eorum Vocationi
parui, Venicusque Daynocium, pro ingressi-
hiram meam

Virorum nominum Clarissimorum et Autorum
Virorum, Dñi Isaaci Abrahae, p. t. Superatten-
dentis dignissimi, Dñi Jacobi Spigleri Cassovien-
sis Transylvani. nec non Senioris Constabergen-
sis Daynocien. honorandi, Dñi Michaëlis Petri
Decani, Dñi Valentini Czechii, D. Georgii Sar-
torii, D. Georgii Dadini, indignus in dignum
Ecclæ Ministrum ordinatus fuit die 11. Decembr.
Anni 1611.

Vos Christus Deus aeternus dei filius, faciat
me vos misericordiæ, ad Vestri ipsi placentes,
et mihi atque Ecclæ salutares.

Vos autem Viros clarissimos, Vos Viros Re-
verendos. Rectos, conservet prospere quam diutis-
sime, Amen.

Idem qui supra.

Ego Jacobus Sartorius Chremnicensis, candi-
de et ingenue profiteor, me legitimo, paren-
tum honesto et legitimo, in mundi lu-
cem prodidisse Viscras, patre quidem
Petro Sartore, Matre vero Dorothea
Nigri, utroque pio et compositio. Hi
adhuc alvo materna foetum incla-
sum, si incolumen

8.

hem, si masculus prodiret, tanquam sine generationis gracamina, sacris aris et deo-
tis destinarent et deputarent. Cui-bus vo-
tum stipendi non fuit, sed eventus optatis re-
spondit. Nam cum ex Ephebis excedens con-
fugerem jonerit ae limos, septennis ran-
dor in Scholam patriae, primis eruditi-
dus elementis, viris Rectoribus humaniss.
et doctis, Dño Johanni Pannitzerio Pelis-
diensi; et Domino Georgio Paricio Zeeuri-
ensi; quorum apud posteriorem Seminio Cor-
cyraeia, et initia poeticae versificationis hau-
si. Hinc politiore facies, indusi in auxiliarem
etiam alias salutare peccatorum. Ubi prae-
ceptores diversos diversis in locis et annis, tres
(ut certos consulto praetermittam) claros
sanae et vulgatae eruditionis professi; puto
Humaniss. et eruditum virum Danielem
Cornelium Delae vitae Tyrocinium ad flu-
men Vogrod in Sclavonia, an. 1598. Hu-
maniss. et doctissim. virum Alexandrum
Scorzovium Galgotzii, anno 1599. Hu-
maniss. eruditiss. et laboriosiss. cujus obitum
non sine ingenti dolore Musae deflevere, De-
cani et pia recordationis Bonum Nomen, virum
undequaq. commendatissimum,
idque annis

idque annis 1601. 1602. et 1603te. Inde
defecto amicitiae vigente, cessi Wyvarinum
inter Hungaros, ubi apud Rectorem Calvi-
cium Joannem Samarianum, annum inte-
rum, logices mediocrem dispensum sum
consecutus. Post ad decimum a vitis Cal-
vinisticis solubertatus, redeo in patriam: ex pa-
tria eorum Privilegium in Collegatum stipe
1608. Stor in munere vix evolutis trimes-
tri, evocor tertius in Oppidum Oglan, ad
gubernandam puerilem Scholasticam.
Cui dum non sine fructu et laude praeesse,
ob praemia ingratitudinis, quae in docti-
os consuevit, tandem valedixi, Dagmo-
cium vocatus ab Orbo. Anno et clarissimo
viro Dño Isaaco Abrahamida, Praefecto,
Dño Superintendente doctissimo, eidem gube-
nando dato literario me astrinxi, An. 1610.
Calend. Novembr. Hic vix tyro pedem et
incipio peragere munia fidelissime, resi-
nor diens in tempore, vel quoties alios cu-
ceruphis, incido in morbum: Et morbo
medium satis eluctatus, ob discessum Ante-
cessoris Diaconi Georgii Dadini, in Succes-
sum designor et deligor, idque publice

per Autum

per Ritum Dñum Patrem in aeterna Beatitudine. Sicut autem ceteri omnes, ita et ego, examine de capitibus fidei praemisso, opera et studio, jam per gratiam Dñi superadditam, Patris mei Venerandi Isaaci Abrahamidae Hirschovii, Auctoris Dñi Jacobi Spiegelberi Tentzeri nunc Pastoris et Seniores Tzalent Daguweri cum Dñi Michaëlis Petri et Dñi Valentini Czechii Decanorum, Dñi Georgii Sartorii Patrui et avunculi mei, et Dñi Georgii Badisi, pro vitam in posteritatis praemium, ad tam arduum gestum aggressus, ad tam nobile ingressus Ministerium sacrum ordinatus, Anno Christi: Jesus 1611. die 11. Decembr.

Venerabilis ille Pastor, Praecessitatis Parens, qui ita velut stellam baltheum in salutare regnum sui Evangelii praedicare dignum judicavit, fecit sibi vires et robur, ut quantum in se est, pascam gregem Christi, curam illius agam, non coacte, sed volens, non turpiter affectans lucrum, sed prompto animo, sic ut sim exemplar gregis. Et cum venerit Archipastor ille, reportem me immarcessibilem gloriae coronam. 1. Petr. 5.

Amen.

J. q. s.

Ego Johannes Sartorius

Ego Johannes Sartorius Chrenovitanus, Corpi ter ingenue et secundum conscientiam, me legitimo toro parentum prodiisse ipsis auris, patre videlicet Emerico Sartore, matre vero Barbara Nigri, ex utr[aque] aque bene nata et honestissimo. Iti dum me idoneum et ingeniosum judicassent, sacris aris et choris sacris aris & choris me dedicaverunt. Primum quidem in patria Dño Rñdo Georgio Sartorio Patruo faventissimo mihi elementa studiorum hausi. Post, contuli me Martinopolium in Comitatum Thurocziensem ad Martinum Szluskovinum, apud quem plus quam bienni um agens Graecae linguae initia cepi. Tandem Leutschoviam profectus, Clarissimo Domino M. Georgio Fillio re cognen me dedi, Tunc Experientissimo doctissimo & Clarissimo Viro dno Magistro Poëta Laureato Rectore, viro insigni artibus excolere ingenium moribus exhibui, Inde novissime rediens Galgoczium ad admodum Rdum, et integritate Theologica praestantissimum virum D. Alexandrum Loczorinum descendi, apud quem triennio continuo manens, evocatus sum Sologzium ad gubernandam provinciam

Scholasticam; Ubi in hoc pulvere Scholasticum pube Juvenculæ per 12. annos laborans, ita urgente necessitate magis invitus, quam sponte mea ductus, ceu quondam Moses et Aptus Paullus extrusus in Messem Dni in pagum Zerdehel ad rippam fluminis Vagi situm, idque studio & industria magis admodum doctissimi & Rndi viri Johannis Fabricii Pastoris Galgocziensis zel. relegatus. Baymoczium ad Admodum Rndum & Clarissimum Virum Isaacum Abrahamidem Hrochotium Præpositum Baymocziensem et Superintendentem ad inauthorandum. Ubi sacris per impositionem manuum solenniter initiatus per eundem et cæteros quoque Dominos Collegas puta Rndum Dnum Jacobum Spiglerum Teotoprion. Pastorem, et Seniorem Venerabilis contubernii Baymoczen. Dn. Michaelem Petri, et Valentinum Czechium Decanos, Paulum item Szaladinum Concionatorem Priuidiensem 8. die Aprilis, quæ incidit in Dnicam Judica Anno Xpisto Voriao 1612 docentis munus aggressus sum Domino cooperante

Augustissimus ille Regni sui Provisor, Deus et Pr D. N. J. C. cuius est extrudere operarios in vineam suam

suam faciat me, vas Misericordiæ electum, ut fideliter et non fraudulenter opus Dni faciens spartam mihi contributam ornare queam; Quam probe negotiatus vocem illam omni encomio dignam audire queam: Euge serve bone et fidelis etc.

Vestras item admodum Rndas Dignitates diu salvas et incolumes conservatas ex animo cupio. Quod ut salutare sit, faxit sanctissima et indiuidua Tpias. Amen.

J. q. s.

Ego Nicolaus Michaëlis, legitimo thoro parentum natus, Patre videlicet Michaële Michalcza, Matre Dorothea Kabaska, filia quondam Humaniss. D. Rectoris Totsproneni fideliter educatus, precibus piis instructus, Scholæ Apponen, cui præfuit Johannes Rossa, maioris pietatis et scidiâ gratiâ erudien traditus sum, ubi initium litterarum feliciter attigi; Inde pergo in Chrenowecz sub ferulam Humaniss. Dni Pauli Trizna; continuos duos annos cum semestri fideliter, cum in pietate et moribus decentibus, tum etiam in litteris profectum no premum

Lensi. Post transeo albos montes, et pro-
per notitiam veteranam manse apud R. D. R.
Soloez: Joannem Sartor Chrenovien, in
oppido Soloez, ubi etiam diligentiorem o-
peram in Dñs honestis navando, peregi
duos annos: Inde amore Idiomatis Hun-
garici ductus in Hungariam profectus,
Samariam veni ad R. D. Lucam Coriarium
Lencensem, ubi annum cum semestri exegi:
Sed quia Diabolo semper exosissima fuit
veritas Religionis, per Papicolas or-
gana Satanæ electi una cum Rectore
fuimus. Inde in Moraviam pergo
Hannobrodam ad R. D. Stephanum Mo-
teszky, apud quem annum exegi;
Illo discedente Leviczium ad Re-
gimen Scholæ Patriam visitare in
animo constitui; Quo veniens pro-
pter bellicos tumultus repetere iter
meum non poteram, sed diutius detentus
per Genet dnos Styronen, et omnes in-
colas, simul a Rndo Dño Jacobo Hornjk
us, memor dicti Ciceronis: Non nobis
ortis natos nos esse sed etiam alijs
Regimen Scholæ suscepi, in quo fide-
liter biennium peregi; Sed tenera ex-
pertus Salvatoris mei illud: Vemo sorpke

ta

ta in Patria sua, Florem gerens voca-
tione Rndi Dñi Matthiæ Hlusticy, Offi-
cium Rectoratus Dagnar et continuum gui-
quennium cum molestijs maximis constan-
ter peregi. Hinc ex Statuere Scholastico, ad
sacrosanctum Ministerium Ecclesiasticum, per
Graves Dños, Dñum Thomam Zambrosettethy
alias Dessany et Georgium Samoky, Patronos
Ecclesiæ Wittorzen, in eandem Pagum Wit-
korz, legitime vocatus sum. Cui vetut divi-
nae, nec potui, nec debui refragari. Itaque
Dagnorzium venio, per Adm. Reuerendum
et clarissimum Dñum Isaacum Superat-
tendentem Trium Comitatuum, in authorizationem
Ecclesiastici muneris, die 8. Aprilis, solem-
ter in Ecclesia publice suscepi, per impositio-
nem manuum eiusdem, et cæterorum Col-
legarum ejus, juxta Jacobi Spiegelovi Sanc-
tis ejusdem Constitutionis, Michaëlis Petri Pri-
vilegiatis Ecclesiastis Strenovicensis, Constitutionis
Decani, Valentini Czechii Ecclesiastis Holnovien-
sis, altorius Decani, item Pauli Szaladini
Ecclesiastis Privigiensis, et Jacobi Sartorii,
præpositurae Dagnorziensis Diaconi. Cle-
mentissimus Deus

mentissimus Deus, qui me ni altro matris
segregauit, et ad sui filii munera obeun-
da destinauit, largiatur hac ipsum mihi,
et per me velut organo salutare, Eccle-
siam colligere velit, et suo sacratissimo spi-
ritu mihi adesse, vt ex mera misericordia
diuina, dignus efficiar audire hac: Euge
serue bone, quia etcetera super pauca et cet.

Idem qui supra.

11. Ego Matthias Novik Sebedrajus, legitimo
tho parentum nato, in habitantium pa-
gum Sebedraj, patre videlicet Michaële
Novike, matre vero Margaretha Magijr:
postquam annos pueritiae attigissem,
cura parentum praeditus sum, erudita
dus bonis studiis et moribus Ruto
bio Matthiae Lochmanno, Rectori Scho-
lae Weissenburgensis. Post annos septem vbi
sum discipulus Rudi et docti. Viri Ma-
gistri Pauli Lenti, Moderatoris Scholae
Schemnicziensis. Assumens linguae Ger-
manicae notitiam, et extras quoque

Regiones vidissem

Regiones vidissem in Transylvaniam re
cessi, ad Orthodoxos et vere pios Saxo-
nes, Cibinium. Relictus inde, honestissimo
testimonio ornatus per Amplissimum virum
Dn. Albertum Huttenum Judicem Regium,
subieci vitae disciplinae Egregii Viri Nicolai
Kalnika Rectoris Scholae Trenchiniensis.
Vbi conflictis molestiis annorum quinque
circa ad recipiendi Scholae Decus. Au-
tore eum dimidio annis exclutis, offertur
mihi legitima Vocatio Salgoviam, ad Mi-
nisterium Ecclesiae, nempe Diaconi Obey-
dum. Veniens itaque Baijnocziam, ignoti
bis ad tam nobile officium ordinor, viri
decenti et legitimo, per Rudum Dn. Isaacum
Abrahamidem Superattendentem: Dnum Jo-
annem Spieglerum Senicrum Venerabilis Con-
venti, Dnum Michaelem Petri Decanum,
Dn. Valentinum Czechium, Dn. Paulum Za-
ladium, Dnum Eliam Fabricii, An. 1612.

Pater ingeniosus cum filio suo, et Spi-
ritus S. me genitus, nec natus, est ab vtroque
procedens, adsint sua gratia.

S. q. S.

Stephanus Schmeitzer

12. Stephanus Sibeneckerus Schemnitzien-
sis, Ecclesiae Aulicae et Praefidis Gre-
mii in hac Urbe Concredentor.
(Hic scripsit ipse Superintendens M. Isaac.
Abrahamides, in margine.)

Ego Casparus Capr

13.

Ego Casparus Caprini Jaszenoviensis, legitimo ma-
trimonio geno patre, Patre Matthaeo Caprino Scha-
prini, matre Anna Mragsovics Jablonovienſi ad oppidum
Predniz, educatus ab illorum fidelitate et honeſte, in Schola
Rajecenſem miſſus, ibidem primis rei litterariae elementis
ditus, ſub Praeceptore D. Francisco Bobalio. Inde Czetnam
per Scatecem ducta, biennium et ultra ſub ferula D. Ionae
Zathariadis et Succeſſoris eius D. Danielis Miſ. pii, exegi.
Deinde Biſtriciam accepta feliciter triennium ſub Duo
(Ω ex voto Pio) Valentino Plateanſide Trinchinio ſub D. Georgio Sopuczio, et Succeſſore eius Matthaeo Zorke-
czio. Poſt Deſiderium ad Vegnum a Se diſſimco
Medicinae Caprini accepta, ſub illo biennium, et pa-
rando operam literis datum ſi. ex patriis Scholis, duo et
Graecorum ſic volentibus Scholas et regiones exteras in-
ſitare debui: Pragae primum ad D. Galli Arcem, ſub Se-
nula Du Georgii Fabricii bis denos exegi in Studiis
moſes. Inde accepto in Hungariam ſuperiorem
Gömörium videlicet gentis ſermonis et ſtudiorum
moſſus, ubi opus fuit Praeceptore Dn. Mathaeide Scepſi:
Inde caſſoviam, ubi etiam ter ſenos, ſub ferula Dni
Alexandri Sorcovini exegi menſes, in Structura medio-
cribus linguae Hungaricae, Schemnitzium me contu-
li, et triennium ſub Dn Matthia Kelio, in Studiis
tractandis conſumſi. Inde etiam Wittebergam
Praeceptoris ibi petendum in Libram Studioſorum ſum
aſcitus, Rectore tum temporis Magnifico Viro Dn.
Daniele Sennerto Medicinae D. et P.P. Praecen-
toribus vigilantiſſimis Excell. atq. Spectatiſſimis Viris
Dnis, Leonhardo Hutthero, Friderico Balduino, Wolf-
gango Franzio, Joh. Förſtero, Doctoribus Theol.
Sacroſanctae. M. Jacobo Martini, M. Laurentio Fa-
brizio Hebr. Ling. P.P. Ex Academia veniens ad
nemus (Sacrum ſic dicitur Clemente) Eccleſiaſticum
a Scholaſticorum Ecclesiae vocatus, diligenq.

vocationem agnoſcens,

vocationem agnoscens, Ultro utroque ei morem gessi, suscipiendorum itaq. sacrorum ordinum gratia, illico me recepi Daymocium, et sacra Chirothesia ornatus, in templo Civitatensi 10. Febr. 1613. per Rudum admodum et clariss. virum Dn. Isaacum Abrah. H. Superattendentem Eglicum, Dn. Jacobum Spieglerum Venerandi Contubernii Seniorem, Dn. Michaëlem Petri, Dn. Valentinum Landmannum, Contubernii illius Decanos spectatissimos, Dn. Isaacum Alitis, Dn. Laurentium Sartorium.

Deus Trinus et Unus, hoc bonum opus, quod in me operatus est, confirmet, ut militem bonam militiam, retinendo fidem et bonam conscientiam, et post hanc miseram vitam, cum omnibus fidelibus in coelis gaudeam, Amen. J. q. S. [illegible]

Thomas Mokossinus, magni illius viri Leonarti Mokossini filius, Uyhelicensis Eccl. Diaconus, 1613. Junii 16. ordin.

14.

Matthias Sartorius Ludirector et civis Chaithensis, vocatus ad Diaconatum Eccl. et Praepositurae Uyhellicensis ad fluvium Vagum, ordinatus est per me Uyhellini Anno 1613. Ultima Dominica SStae Trinitatis, quae fuit 24. Novemb.

15.

Georgius Wanco Zambokretensis natione seu patria, Scholae Prividiensis Rector, vocatus ad Pastoratum Eccl. patriae, ordinatus est

16.

Manus M. Isaiae Abr.

natus est Daymocii per me, ipsa Dnica prima Adventus Anno 1613.

17.

Ego Iacobus Holy Pividicensis, legitimus Iog. Pauli natus, patre quidem Stephano Holy, Matre A. Stefanna, filia quondam Petri Iobban. Cenuko oriog. Pividien. postquam ergo puerilibus atthissem a parentibus piis Scholis, quarum prima litterarum fundamenta iecit Pividiae, sub Rev. et Doct. Viro Dño Matthia Lochmanno Augustanae Confessionis Magistrio eius vitae aliquot annis: Horis Successoris Laudabili ibidem Pividiae Dr. Matthiae Pudda Potentissimum, Aliquaediu Petri Pividicii, Nicolaum Medicinae Pellegrenum, Ladislaum Szkeranko Lobricensem, omnes Hungaricissimos et eruditionis laude claros et plenos Viros, Deos Praeceptores meos fidelissimos, charissimos. Quorum cura et diligentia, ubi per annos aliquot fideliter et feliciter fuissem informatus Pividiae, solis Arcuum, et consessi Decanum Scriptorium ad Rectum et Clarissimum Virum, Dnum Danielem Corvinum Pividiensem, sub cuius ibidem inspectione, exactis feliciter eius anni Semestris, redii in patriam, ubi aliquandiu commoratus apud Parentes, tum ad Hungaros me contuli: apud quos, cum Debreczini exiguum quid temporis, Transylvaniam versus digressus, Hayduonum, tum in partibus illis frequentium, violentia et praedatio, retro da re patefactam versus me adegit. Ubi cum

cassoriam item seminudus apprehenderem, in pago sic dicto Velete, Generosus Vir Nicolaus Dorcensis Leskes de Cacsred, dato mihi prius electo Puero, suscepit me in Paedagogium suum. Apud quem biennio exacto in Paedagogia, profectus sum in Notariam eiusdem Dni. Anno Octuagesimo, cum postea apud ipsum Dnum, paucis hinc ab defuncto apud Dnum Grossum Vicedum Comitem Posoniensem, biennium exegissem, mutatis locum, et Dominis ad alium Dnum, Grossum Dnum Nicolaum Possaij Tricsinensem Sacr. Caes. Reg. Majtis Thesaurarium, apud quem annis duobus spatio exacto, vocatus sum ad Gen. Dnum Johannem Comitem Notarii et simul Paedagogi nomine, anno 1592 in data opera, ipsumque secum cum filio ipsius Dno Comite Gradiscensis consumto, Dni Praeceptores mei, et alterum hoc anno Decretum Comitiis Viennensibus, valedixi Dno illi, et Partibus Stationis insalubres sum officio. Cui officio cum aliquandiu praefuissem, Dorcensem evocatus ad officium Rectoris, annum agentem primum ibidem excepi, illique vocatus Dominum Patrem Dnum Johannem Henckelium, Patrem meum charissimum, annum ibidem cum quadrimestri exegi. Post evocatus per Grossum ac Magnum Dnum Johannem Dobokaium, ad gubernaculum Castri Oggnanen, vocationi legitimae morem dum gessi, a dicto Adm. Rndo Dno Patre meo charissimo, vita solemni, per resignationem nonnullam, ad officium rarum augustum ordinatus et pro Festis sum. Dagnadini Praefectus Dni Patris

Anno 1613. 24. Augusti

Dno Jacobo Spieglero

Deo Jacobo Spiegelero Teutopolitano Seniore,
Deo Michaële Petri Chrzanoviensi Primario
Decano, Valentino Czetico Nekielensi. adhuc,
eo Decano, Valentino Landmanno Cossaeo.
Paulo Zaladino Praesidente. Cuncta Patribus.

Det Deus opus hoc, quod operatus est in
me, confirmet e templo sancto suo. Datum Vra
Vestra admodum Reverenda, cui servet diu salvas et
fructuosas ad gloriam nominis sui sanctissimi,
Amen.

Anno Dñi M D C XIIII. Febr. 2. Ordinatus
18. est per me Christophorum Polsterum Sacro, Ec-
clesiae Germanicae Mosquensis Diaconum.
in Templo Teutonicensi.

XXII. Dñica Trinitatis Oct. 26.

19. Ordinatus est per me Raphaëlem Kozakium,
Vrei Rudi, deque Electis bene merit-
tem, Andreae Kozakii, Pastoris Ec-
clesiae Hlinicensis, filium, qui per
Magnum Dñum Wilhelmum Lipsium Vra,
Patrem legitime ad munus docendi
in Ecclesias Sklenicenses.

Ego Stephanus Polentinius

20. Ego Stephanus Polentinius Zadelensis ex collo-
quio Lipsiensi, ingenue fateor, me legitimos tres, patre
videlicet Johanne Polentino, et matre Margareta
Hen Matyasowsky, nobilibus progenitum. Postquam
annos praeterlabi attendissem, cura parentum
Teutonicis suis credentium honestis studiis et mori-
bus Archipresbyteri quondam Zachariae Cordovis, Rectoris
Scholae Siennicensis in colloquio Lipsiensi, quo facilius
Secum suam nobilitatem litteratam. Feliciter post
exactos, opus fuit discipulum Praesidis quondam Vri
Nicolai Chalupkii Ladi modo graeci Beato Mar-
tino, in eodem coetu, qui me diligenter in litteris
et moribus instruxit. Valedicens vero Scholae D. Vr,
gilii, et profectus ad regimen Scholae Salgoriensis,
Secum me assumsit, ibi anno continuato in studiis,
Lipsiam me contuli, ad Rectorem Dñum Basilium Mar-
tinum Rutgerum, hoc praeceptore usus sum biennio
integro. Exinde studiorum et addiscendae lin-
guae germanicae gratia, profectus sum Norico-
rimbergam in Seuppelium, ibidem usus sum praeceptore
Paulo Dio Laub Nicolaeo Crenniciano, per
annos semi spatium. Tandem eo ecclesiae ad
munus Ecclesiasticum, adscitus classium,
ibi similiter praeceptorem suum Ve-
neratissimum et Doctissimum Virum Dñum
Casparum Steynerum, pastorem Cantorem
Leutschoviensem, cuius disciplina Vra nunc
sum usus. Debeo me conferri Posoritzium
ad Nobilissimum et bene doctum Virum Dñum
Wilhelmum Katzwinckelium, qui me hortatus
est in scriptis, si etiam in Hungaria Germanica,
exercere annum

circitre annum instruxit. Inde Exercissimum ad
Argiss. Virum M. et Pastorem Laurentium Dn. Iohannem
Erdkium vers, sub cuius disciplina quinquennio ab-
soluto, Deo volente. discessurus. discessurae Beatissimi Viri Dni
Abrahami Cebanii me tradidi, eo in loco tres annos
in Dnis et studiis humanioribus continuavi; ubi tertio an-
no evoluto, cum praefato Dno Abrahamo Wittebergam
commeare decrevissem, me in scriptum dationis
vbi praescripsit. Adm. Reverendi et Clarissimi Viri quondam
Aegidii Hunnii et Salomonis Gesneri SS. Theol. Doctoris
vtius per semestre, Dei voluntate, Lipsiam redii; ibiq. duobus
annis evolutis, examinis ritum ad Dnum quondam Caspa-
rum Lyserinum Ludimagistrum perveni: inde post an-
num ad regimen Scholae Hallensicensis legitime
vocatus, cui dum quatuor menses meam lo-
cavi operam, ad regimen Scholae Beatae Mariae
sis in Lipsia vocor. Anno ibi continuato, Hallen-
sium revocor, vbi annis tribus cum dimidio e-
volutis, Numisthor cursibus ad regimen Scholae me
legitime vocantibus, anno, 1603. dum omnis pectus
inventi Scholasticae pro voluntate praeessem, divina
sic disponente providentia, ad nanciscendam dignitatem ob-
tatem, mediante legitima vocatione, per Dnos Pa-
tres Bravicenses, in Segestanam suam evocor. Cui
vocationi votis citoque parem gerens, subsignando
rum sacrorum Ordinum gradu, Dni nostri cum
contuli; vbi vita Optica et Optima, per nauseam im-
positionem et pias preces, per Rectum et Admod.
Clariss. Virum Dnum Isaacum Abrahamidem Sac.
Verbi Ministrum Egregium, Dnum Jacobum Spiegel,
rum Vrandi Corinthiensis Senatorem, Rectorem Dnum
Michaëlem Petri, Dnum Rectum Valentinum Cze-
chium, Corinthi

chium, Corinthiorum Illius Senatores Spectatissimos,
Rectorem Dnum Valentinum Landmannum,
item Rev. Dnum Laurentium Sacerdotium Diaco-
num Ecclae ejusdem, in Ministerium Christi sum ordina-
tus, die 3. Augusti, anno Dni 1614.

Rector Supremus hujus Universitatis, Christus Jesus,
qui pro beneplacito dirigit vias hominum, qui-
me indignum in Salutare organum sui Evangelii
praeficere dignum judicavit, concedat, ut eum dies
ipsa tremenda omnibus illuxerit, me atrum calendi-
mercur, sed potius recordar et regnet, cum omnib.
Christi fidelibus, in horreum laetitiae, in quo sunt
fruges veri gaudii, Dnos Rectos, una cum Amantissimo
desiderissimo. vico Dno superabundante nostro, tem-
quam fidelis Regimentus suos ducat ad portum
vitae beatae, Amen. Idem qui supra scripsi

Dominica 3. Adventus d. 14. Decembris, 21.

Ordinibus sacris solemniter initiatus per me
est Laurentius Pelargus, Rector Scholae Os-
lanensis, vocatus ad munus docendi legi-
time per eos, quorum interest in Ecclam
Nagy Kostolanensem ditionis Spectab. et
Magci Dni Stephani Jerike.

Dnis Deuli

Dominica Oculi, quae fuit 22. Martii
22. Anni 1615 ℔ ordinibus sacris initiatus est,
in Templo et Ecclesia Teutogroneensi, honestis
et doctis laicis Dorotheo Laertio Illiricis
Sacro, vocatus ad Ministerium Ecclesiam in Ec-
clesiam Repegiensem (Riga) a Spectabili et
Magco Dño Stephano Listhio.

Die 13. Trinitatis, quae fuit 10. Sept.
23. Anni 1615 ℔ ordinatus est in Templo Daymo-
censi, honestus et eruditus vir, Andreas Vio-
lai vocatus ex Rectorata Kivethensi, ad Dia-
conatum Ecclesiae Galgocziensis.

24. Die 19. Trinitatis d. 28. Octobr. ordines
25. Sacros acceperunt, duo eruditi et honesti viri,
nempe Paulus Fabricius, Rector Scholae Dive-
censis, patria Cremnicensis, vocatus ad Pasto-
ratum Ecclesiae Lelocensis: et Chias Strangius
Tyropolitanus Rector Scholae Wisovicensis,
in Moravia, a Diaconatum Wisovicensem.

Post Secundam Adventus Dominicam Domi-
26 nicam, anno 1616. d. 8. Decembris ordines
Sacros accepit eruditus vir Samuel Sibal-
Kevinus

Kevinus, hactenus Rector Scholae Superioris
Almas, vocatus ad Pastoratum Ecclesiae Sanctae
Crucis ad Levam.

Dominica Laetare, quae dies 10. Martii
27. Sacris ordinibus initiatus est, pius et eruditus vir
Elias Burgelius, hactenus apud Winarcenses (ci-
vitatis Reg. Posoniensis) Cadizeator: vocatus ad
Sacrosanctum Ministerium a Reipubl. et Ecclesia
Sancti Georgii, successitque ibidem in locum Reti
Andreae Zubor seu Czarsky, Bohemici coetus
Pastoris.

Vicesimo Maio die 19. Sacris ordinibus initi-
28. ati sunt, duo honesti et pii viri: Simeon Jaco-
baei hactenus Rector Kamenicensis, et Joannes
29. Pajogski, hactenus Rector Scholae Plesoricensis,
ille ad regimen Ecclesiae Feriköstelanensis, iste
ad Pastoratum Ecclesiae Paculaiensis vocatus
legitime.

Ipso die Bartholomaei, d. 24. Augusti, sa-
30. cros ordines accepit honestus et eruditus Juve-
nis Gregorius Patriades Regiomontanus vo-
catus ad Pastoratum Ecclesiae Sanctae Crucis ad
aream Leviam, qui hactenus est Rector Scholae.

Januarii 10, sacris

Januarii 10. die, Ao. Dñi 1617. sacris ordi-
31. nibus initiati sunt, duo honesti, pii et eruditi viri, in Templo Wyschicensi ad Vagum flumen, Michaël Sartorius, hactenus Scholae Wyschicen. Rector, et Matthias Kassius, hactenus Scholae
32. Czaistheusis Rector: ille ad Ministerium seu Diaconatum Ecclae Wyschicensis: iste ad Ministerium seu Diaconatum Ecclae Galgoczen, vocatus et missus legitime.

Ipso die Jacobi Apostoli, qui fuit 25. Julii, ordinibus sacris accepit, honestus et humanissimus
33. vir Michaël Zoldrichius Zdanecensis, hactenus Ludi literarii Zdanecen. Rector, vocatus ad Ministerium Ecclae Fenicen Kostolanen. quod est dimissis Hungaricis.

Ipso die Bartholomaei, quae fuit 24. Augusti, ordinibus sacris initiatus est Teutonicus, honestus et eruditus vir Bartholomaeus Drau-
34. tius Bolesavien. Silesius, hactenus in Rawdorff Ludimagistr, vocatus legitime ad munus docendi in Ecclam Pongkensem, sitam in insula Schüttina.

Decima septima Dominica S. Trinit. quae
35. fuit decima septima Septembris, ordinibus

sacris initiatus

sacris initiatus est Teutonicus, honestus et doctissimus vir, Magister Joannes Schreiner Buchauensis Austriacus, hactenus Trecensis Ludimagister et Bibliothecarii Corrector et ord. vocatus legitime et honorifice ad munus docendi in Ecclam Germanicam Augustanae Confessionis, quae Christo in Regia Libera Urbe Tyrnavia, per verbum et Sacramenta colligitur.

Ipso die Apostoli Matthiae, qui fuit Febru. Ao. 1618.
24. sacris ordinibus initiatus est, honestus et 36.
Humaniss. vir Stephanus Zokolovsky alias Stoer-
vath, vocatus ad Ministerium Ecclae Radvicen.

Dominica 7. Trinitatis, dies fuit 29. Julii, 37.
sacris initiatus est, pius et eruditus vir Jonas Fabri Solchanensis, hactenus Ludirector Oppidi Piestheusis, vocatus ad Ministerium Ecclae Sarvensis, promotus etiam Joanne Fabricio Pastore Galgocense Senior.

Dominica prima Adventus, fuit 2. De- Ao. 1618.
cembris, sacros accepit ordines, doctus, pius
et honestus vir Michaël Vagnerus Alsó Zo- 38.
nensis, hactenus Ludirector Zemorhensis,

vocatus ad munus

vocatus ad munus Aulici Concionatoris ab Illustri, Spectabili ac Magco Dno Petro de Rewa, Comite cottus Tharotrien. in Arcem Holicensem.

An. 1619. Martinus Sytharius Dobronensis, patriae Scholae hactenus Rector, vir eruditus et honestus, vocatus legitime ad Diaconatum
